



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

& de Agna Pasquali. 199

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

Catalauniæ , perque id tempus  
 matrimonio vinctus : ) Ibi in me  
 intuens , quis crederet , inquit,  
 hunc principem , qui hæc scri-  
 psit, Romam olim venturum, no-  
 stramque familiam ducturum? Id  
 quod deinde functa coniuge,  
 factum. Quippe Societatem in-  
 gressus , longè post Generalis re-  
 nunciatur. 198 Idem hic Michael  
 Arroira , iuratus pro testimonio  
 dixit; adolescētem se , ac de insti-  
 tuenda vita dubium , denique  
 uxorem ducere decreuisse: Idque  
 consilium etsi omnibus clam ha-  
 buerit , ad IGNATIVM emanasse.  
 Qui ei , scire se illius arcanum,  
 ostendens : atque , ô quomodo  
 flebis , inquit , quasque in mise-  
 rias te videbis præcipitem isse!  
 Quæ examussim omnia contige-  
 re. 199 Alias Agnam quoq; Pas-  
 qualem è viuis exiisse, IGNATIO  
 Romæ nunciabatur. Et rogatus,  
 pro

pr  
 id  
 fig  
 de  
 tes  
 in  
 Pa  
 Co  
 Ec  
 ne  
 qu  
 no  
 de  
 nu  
 fic  
 qu  
 ro  
 Vi  
 an  
 na  
 im  
 cu  
 Re  
 no

pro ea preces nuncuparet : prius id se comperisse, quam litteræ resignarentur, respondit: eamque de cetero sui securam inter cælitates iam incolere. 200 Paulus deinde Pontifex tertius, Collegio Patauino addixerat reditus à Cœnobio S. Magdaleneꝝ annuos. Eo in negotio curabat fortè Veneriis Laines, & compertis vndique difficultatibus, magnique nominis aduersariis absterritus, dedit ad IGNA TIVM litteras: monuitque vt pro re desperata sacrificaret: nam humanæ opis reliquum nihil videri. Gessit morem roganti Pater: ipsoque Magnæ Virginis natali fecit: & bonum animum habere iusso, rescripsit: nam id pro certo, quod vellet, impetrasse. Octaua dein' luce, cum omnium admiratione, quos Rei illius publicæ consuetudo non fugeret, res habuit euentur.

201 Hanc